centesimo sexagesimo sexto proxime praeterito dato et conscripto, manu eiusdem Rnsi Vicecancellarii subscripto, actis praesentibus cum inscriptione Vadij Mille Quingentorum florenorum polon roborato, nec non de eadem Inscriptione Castrensi Capitaneali Praemislien Roboratoria, atq summa praefata Mille Quingentorum florenorum polon ob praestitam sibi in praemissis satisfactionem Quietat, emittit, dimittit, liberumq et absolute perpetuo pronunciat, scriptum praefatum, eiusq Inscriptionem Roboratoriam in toto et per omnia cassat, mortificat, et annihilat, perpetuum sibi praemissorum ratione imponendo silentium. Hac sua praesenti personali Quietatione ad praemissa omnia mediante.

9/VII 1669

Vigore Laudi s. Feria Tertia ante Festum Sanctae Margarethae Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo sexagesimo nono. Vruska seu Kulczycka Matkowskiemu Donat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemislien Nobilis Marusia olim Nobilis Stas Vruski filia, Nobilis vero Basilij Kulczycki Pec Consors legitima, cum eiusdem mariti sui uti Tutoris coniugalis personali assistentia, et sponeo ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competen recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemislien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo palam libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipsa bona sua propria et haereditaria videlicet Pole w Łęgu Bereczyney Łotki pięć do=

u miedzy

miedzy Korkwirowey, od Granice Krolewskiey, poli się Łany Brzeżerskie schodzą in bonis Villa Kulczyce Terra Premislien consistent te Recognoscentem post fata Parentis sui, Iure naturali Successionis concernens, cum omni Iure Dominio hæreditate, proprietate, tituloq hæreditario, itemq omnibus et singulis bonorum eorundem Vtilitatibus fructibus proventibus, redditibus, Commodis, emolumentis, obventionibus, attinentijsq et pertinens generaliter Vniversis, nihil ex premissis Iuris, dominij, proprietatis, ac Cuiusuis Competentiæ et prærogatiuæ pro se Recognoscente suisq successoribus, aut quopiam alio reservando, seu excipiendo, verum prout præmissa omnia ipsamet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsamq concernebant, ac eidem Legitime serviebant, tam exnunc et de facto Nobili Basilio Matkowski Hatujsko eiusq posteris Dedit, Donauit, inscripsit et resignauit. prout præsens dat, donat, inscribit, et resignat perpetuo et in Æuum. In quæ quidem bona supradicta præmissaq omnia præsens per se Recognoscens donata eadem supra scripta Recognoscens præfato Donatario suo et eius posteris, iam exnunc et defacto coram officio præsenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamq possessionem, per Ministerialem quemcunq competens et Nobiles duos die quacunq voluerit officiose acceptam. Per ipsum Donatarium suum et ipsius Successores hæc eadem bona præmissaq omnia præsens donata, cum vniversis præmissorum Vtilitatibus, et Vsufructibus, tenendi, habendi, et possidendi, illisq quiete et pacifice vtifruendi, ac ad suos suorumq Successorum, quosuis beneplacitos Vsusfructus libere, et effectualiter convertens modo ac iure hæreditario. Debetq et tenebitur memorata Regina prout se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq quibusuis pecuniarijs habitis et habens, præfato Donatario suo et eius posteris inscribit et obligat præservans ipsum et eius successores in dictis bonis præmissisq omnibus præsens resignatis ab omni et qualis impetitione Iuridica

ea quarumcunque personarum, cuiuscunque conditionis, status et sexus, quibusuis existentium exoriunda, in omni Judicio et Officio Regni, semper toties quoties opus fuerit, per omnes praescriptiones Terrestres prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio tueri, defendere, eximere, intercedere et eliberare, indemnemque cum posteris reddere, nec non haec eadem bona praemissaque omnia praesentibus donata, importatis et importandis Lucris denique et Perlucris Processibusque Juris quibusuis, in quocunque puncto et gradu Juris dependentium, et in quouis Judicio et Officio Regni obtentis et obtinentium, ac super praemissis omnibus praesentium resignatis perlucris et perducendis emundare et eliberare mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam, coram Officio praesenti admissam, in fundo bonorum praefatorum praesentium Donatorum dum per Ministerialem et Nobiles duos Officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare, et effectualiter admittere, Dataque et admissa eaque Possessionem et usumfructum praemissorum omnium quouis modo tam per se quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, Ipsumque Donatarium suum et eius Posteros in praemissis omnibus nullo modo inquietari, ita ut eadem bona praesentium resignata cum vniuersis eorum Vtilitatibus, et usufructibus, idem Donatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donatariae vigore tenere, habere, et possidere queat, illisque vti frui possit, perpetuis et aeternis temporibus, Idque sub Damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Juramento taxandis et edicendis per eandem Recognoscentem siue eius Successores praefato Donatario suo et illius posteris, ob non completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Ju-

et a quibusuis Portionibus in eadem bona

ramento

ramento taxandis et edicendis, modo praemisso ad soluendum Succumbitis, ac re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citata existens memorata Recognoscens Nobilis Manesia olim Nobilis Stas Vruski filia Nobilis vero Basilij Kulczycki Recontoralis legitima, sive eius Successores, ad Instantiam praenominati Nobilis Basilij Matkowski, Hahuylo vel ipsius Posterorum Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense, ex hinc receptu supraeinscripto quoties ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, comparere, respondere, Damna praefacta Terrestria simpliciter absque corporali Iuramento taxata luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum per taxata luere debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens, Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes, Causis eiusdem Terminos semper peremptorios, vera Infirmitate pro maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, seruitio militari ad munimenta ad euictorem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem Vltra proximos Officij, praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac canem prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis euasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, proscriptione Terrestri, bello, conuentioneque vel alijs quibusuis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo quouis euadendo Hac sua praesenti personali Regno ad praemissa omnia mediante:

eadem Matkowskiemu et Werbickiemu Donat.